

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1788

Auteur(s) : Hugues de Chaumont [particulier]

Bénéficiaire(s) : Trie-la-Ville, Notre-Dame de Gomerfontaine (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1209

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Fondation de l'abbaye Notre-Dame de Gomerfontaine. Hugues de Chaumont donne aux religieuses de l'ordre de Cîteaux tout son masnage de Gomerfontaine avec le verger adjacent, toute la dîme des anguilles de ses viviers à Gomerfontaine et à Lattainville, et d'autres rentes.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Rotomagensis, n° XXXI, col. 31-32.

Dissertation critique

Datation proposée par D. de Sainte-Marthe et p. Piolin.

Texte établi d'après a

Ne per obliviosæ corruptionem vetustatis, veritas probata periclitetur, ei scripturæ succurrendum est subsidio. Idcirco ego Hugo de Calvo-monte notum facio præsentibus et futuris, quod ego voluntate et concessione Petronillæ uxoris meæ, concedentibus Joanne et Jacobo, ceterisque filiis meis, pro salute animæ meæ et animæ uxoris meæ, et pro anima patris mei Galonis et matris meæ Mathildis, et pro animabus antecessorum et heredum nostrorum in puram et perpetuam eleemosynam, dedi, concessi, et hac mea carta confirmavi Deo et monialibus ordinis Cisterciensis totum mansuagium meum de Gaumerifonte cum virgulto adjacente, quatenus in eodem loco religioni perpetuæ dedito ad honorem Dei et beatæ Mariæ, et sancti Johannis-Baptistæ, necnon et sancti Jacobi, sanctique Joannis Evangelistæ, et sancti Eustachii, omniumque sanctorum, divina celebrentur obsequia. Dedi etiam eisdem monialibus totam decimam anguillarum mearum in vivariis meis de Gaumerifonte et de Lateinville, et centum solidos singulis annis ad festum sancti Remigii per decem annos recipiendos ad edificiorum suorum constructionem, et tres modios bladi ad mensuram de Calvomonte annuatim, et in perpetuum in molendino meo de Gaumerifonte sumendos : ita scilicet quod a festo sancti Petri in capite Augusti, ego et heredes mei nihil sumemus in dicto molendino, donec totius bladi sui integram et plenam habuerint solutionem. Quod si prædictum molendinum incendio seu casu aliquo deperierit vel cessaverit, ego et heredes mei nominatim, bladum aliunde persolvemus ; hanc eleemosynam meam libere et quiete absque omni servitio, omni reddito, et exactione seculari in perpetuum ab eis possidendam, ego et heredes mei tenemur omnimodo quittare, deffendere et garentire, donec eis pro jam dicto blado in præfato molendino sumendo bladum æquivalens competenter assignaverimus alibi accipiendum. His

testibus domino Theobaldo canonico Rotomagensi, domino Osberto abbate Loci-Dei, et fratre Joanne monacho ejus, et aliis quamplurimis.